4

in pſenti & in futuro deficit. Feminina eorū futuri temporis participio carent. In pſonalia ſicut in actiua declinatione participia nulla habent. Niſi q̄ poetę uſurpauerunt licentia pręteriti ut regnata pugnata periſ ſcilicet futuri ut uigilanda uiris & hiſ ſimilia FINIT

Patronomicum eſt quod a propriis tantummodo patrum nominibus diriuatur ſecundum formam grecam quod ſignificat cum genitiuo primitiui ut aeacides hoc eſt aeaci filius. Et hac forma poetę maxime ſolent uti. Pro caro mani cognominibus familiarum utuntur ut marcelli corneli. Omnes enim ab illo qui primus cornelius uel marcellus nominatus eſt hoc nomen habuerunt quicumque eiuſde familię ſunt. Inueniuntur quoque poſſeſſiua loco patronomicorū apud latinos uſurpata ut emilianus ſcipio & octauianus caeſar pro emilii filius. Sed hoc interest inter poſſeſſiua & patronomica quod patronomica filios uel nepotes ſignificant poſſeſſiua. Non ſolū filios ſed omnia q̄ poſſunt eē in poſſeſſione. Et quod patronomica a propriis tantummodo diriuantur. Poſſeſſiua & a pp̄riis & ab appellatiuis. Et quod patron̄ a maſculino deſcendunt genere. Rariſſime a feminino nec pp̄rie q̄ a matribus fiunt ſed abuſiue ſicut a regibus conditoribus & fratribus abuſiue quoque formantur. Poſſeſſiua uero ab omnibus naſcuntur generibus & q̄d patronomica ab omnes uel ad deus ptinent poſſeſſiua ad omnes res. Sunt igitur patronomicorum apud grecos formę III. inde q̄ dicatur communis apud illas q̄d omni ſermone poſſunt hac uti. Quas ſola romanorū quoque poetę ſecuntur. Nam aliis duabus non utuntur. Id eſt in ion ut pelion pro pelides & in adeios ut hyrradeios phyrrae filius pittacus. Feminina autē patronomica uel in is uel in as ut in ne producta deſinunt. Sunt autē a maſculinis ſubtracta. Dens is ut in as deſinentia ut priamides maſc̄ priamis femininum. Dardanides maſc̄ dardanis fem̄. Poſſeſſiua quoque ſicut patrono cū genti tuo principali ſignificant ut euandrius enſis & regius honor pro regis honos ueniunt etiā ut a pp̄riis nominibus ut caeſar caeſarius ut a uerbis ut opto optatiuus ut ab aduerbiis ut cras craſtinus

UERSUS DE ORATORIO QUOD BENIDICTUS IN SUMMO MONTE CONDIDERAT UBI SACRIFICABATUR PAGANITAS

Caeca profanatas coleret dum turba figuras
Et manibus factas crederet eē deos
Templarum poſis hac olim ſtruxerat arx quis
Dabat obſceno ſacra cruenta ioui

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 92.23, 4r – Phocas, Ars de nomine et verbo; Excerpts from Priscianus, Institutiones grammaticae; Marcus Casinensis, Carmen de S. Benedicto
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-azb6/5219/49766)